Erasmus, Desiderius; Wimpfeling, Jakob [Oth.]: D. ERAS=MI ROTERODAMI, DE duplici Copia Verborum ac Rerum Commen=tarij duo: plerisq; in lo=cis aucti.
Argentorati, 1525 Seite 101r



legabo rusticũ illũ, qui satyro admirãte, eodẽ ex ore modo calidũ, modo frigidũ efflabat. Et si qui sunt alij. Nam in præsentia rationẽ dũtaxat ostẽdimus. E prouerbijs mutuabor, τὴν παναγαῖαν ἄρτεμιν. Item ἀνέμου παιδίον, Et εὐμεταβολώτερος κοθόρνου, Et ὕδρου ποικιλότερος. Et λιβυκὸν θηρίον. aliaq́; cõsimilia. Nã ipsi in puerbijs locos adiũximus unde ista peti possint. Et saxũ qd' subinde uoluitur, nõ obducitur musco. Et arbor quæ subinde trãsplantatur, nõ grãdescit. Rursum ex Apophthegmatis addã illud dictũ ĩ Ciceronẽ. Duabus sedere sellis. Et ĩ eũdẽ à Salustio scriptũ. Aliud stãs, aliud sedẽs loquitur. ex Homero ἀλλοπρόσαλλον. Sic enĩ uocat Martẽ incertarũ partiũ, quiq́; nũc cũ his sentit nũc cũ illis. Ex Ouidio, ni fallor, Et tantũ constans in leuitate sua, Ex Horatio. Leuior cortice. Et, Mutat quadrata rotũdis. Et Romæ Tybur amo uentosus Tybure Romã. Ex Plauto. Tipula leuior. E Terẽtij Phormione. Volo nolo, nolo uolo. qd' dictũ est, nõ dictũ est &c. Ex Euripide, πλάγια γὰρ φρονεῖς τὰ μὲν νῦν τὰ δὲ πάλαι τὰ δ' αὐτίκα. Iã adparet opinor, quãta huius quoq́; generis supellex ex tot scriptoribus colligi possit. Eadẽ est sententiarũ ratio, quas nõ tantũ ab autoribus sumere uerũetiam pro re nouas parere licet. Quibus oĩbus si totidẽ opponas cõtraria, deinde subiunxeris utrinq́; finitima, nimirũ q̃ immensus orationis penus futurus sit uides. at cũ tã uarius sit usus, id qd' diligẽtius ostẽdemus in opere de rõne cõscribendarũ epistolarũ, nihil erit qd' nõ aliquo pacto possis ad locupletan



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Universitätsbibliothek Heidelberg
https://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/erasmus1525/0219
gefördert durch Baden-Württemberg